

1778.

*

1. Bornius : Rhapsodice supplementa. Programma,
quod senior caeterique fac. jus. memoriae Bor-
nianam indicunt.
2. * Nachius, Christianus Bacchulli. Rhapsodice
supplementa. Programma, quod ordinamus scavi-
stret qui doctores fac. jus. istud in Doctoratu
indicunt.
3. Bauner, Henr. Europaeus : Super decisione saxon-
ic. d. 4. 1746.
4. Breunig, Christianus Henr. : Recitatione illustrata
in deposito.
5. Breunig, Christianus Henr. : Diversibus circa
vindictiones probabilitas ob qualitatem personae
6. Breunig, Christianus Henr. : Angerad legari
possit?
7. Breunig, Christianus Henr. : Ut videlicet sine actis
probatio sit defensionis inculpati argumentum?



1778.

8. Breuning, Christianus Han: De necessitate curatoris
in contractibus pactis nuptialibus
9. Breuning, Christianus Han: An non aportata exceptio
compensacionis vocat contradictioni im debiti?
10. Breuning, Christianus Han: Ne lege Hostilia
11. Breuning Christianus Han: De utilitate crep-
tioris non numeratae pecuniae in foro san-
cito.
12. Breuning, Christianus Han: An cardens quantitas
estimphries legati, plura continental legalia?
13. Breuning, Christianus Han: An testamentum
patris impugnari possit a filio querela vel
citatis, qui prius in querela in superiori
incentuit?
14. Breuning, Christianus Han: An donatio premissa
impfrias legari possit?

1778

15. Breunig, Christianus Henr: De cessione
hypothecarum in rebus immobiliibus.
16. Breunig, Christianus Henr: An enlio res im-
mobilis sub pacto de retrovenientia cogat
confirmatione judicis?
17. Dales, Iohannes Fridericus: Definire reproba-
tiorum in successione descendalium
crux.
18. Einertus, Christianus Gottlob: Privilegium iuris
dulio magis personali, quam reali repa-
randum est.
19. Einertus, Christianus Gottlob: De partibus metas-
ticas circa ligna.
20. Hibbenheit, Henricus Michael: Historia
jurisdictionis ecclesiasticae ex legibus ubi-
que codicio illustrata.
21. Hommel, Carolus Ferdinandus, fæc. iur. procur-
atorius: Rhapsodice supplementa. Programma,
quæ solennia doctoralia Bernhardi Christi d'Arca
indicit.

1778.

22. Hommel, Cornelius Ferdinandus, fac. iur. procur. cellarius: Rhapsodiae supplementa. Programma quo solemnia doctoralia Frederici Augusti Kinkhardtii indicat.
23. Hommelius, Cornelius Ferdinandus: Rhapsodiae supplementa
- 24^a Koch, Christianus Tranquill: De bonis hereditariis heredi occisoris longum in digno eripiendio.
- *
24^b Koch, Christianus Tranquill: Diploma, quo collegium iurisconsultorum Lipsiensem Christianus Tranquill Kochis ubiunque iuri doctoralem gradum contulit.
25. Koerner, Christianus Gottfr: Quem fractum a economia politica capiat on descriptione ciuium ad ipsius usus accomodata.
26. Loske, Nathanael Goorpens: De agri nosalis cultura et ratione pecudes in stabulis pascendi. Programma, quo ad orationem auspicalem invitat.

1778.

27. Mylius, Fridericus Hurrens: De منتباوibus
juridicis in academia Lipsiensi hodie existentibus
ab iis, quae seculis superioribus citidem
habitae sunt, quotannumodo diversis. Pro-
gramma, quo solemnia inauguralia Joannis
Gottfridi Schropfii indicavit.

28. Schachernus, Anrius Gottlieb, fac. iur. procuran-
cellarius: De tempore ceremonial equestris
clauso, in primis in pagis Borussiae. Pro-
gramma, quo solemnia doctoralia Joannis
Pauli Clavensis indicavit.

29. Schmidt, Gallus Fridericus: De origine
ac iuribus saeculariis metallicis.

30. Schott, Augustus Fridericus: Specimen rusticum
Institutionum iuriis Borussiae in doctrina de suc-
cessione ab inheritato positum. Programma,
quo ad orationem auspicalem invitat.

1778.

31. Schott, Augustus Fridericus: *De publica et
privata causa, iurisprudens Lypsicus*.
32. Schott, Augustus Fridericus: *De legitima conjugum
successione*.
33. Schott, Augustus Fridericus: *An liberi nati
mutua inter se successione hereditaria utantur?*
34. Schröpe, James Gottlieb: *De acceptatione
quod vous sensum haec barbare donationis ad
nos u.*
35. Segner, Ich. Thopphilus: *De abolitione veteris et
hodierna.*
36. Zollerus, Fried. Gottlieb: *Observationes practicæ.*
37. Zollerus, Fried. Gottlieb: *Utrum vidua portio
nem statulariam accipiens, meriti heres
patenda.*
38. Zollerus, Fried. Gottlieb: *An edam circa matrem.*

1778

39. Zollerus, Frd. Galli: De pachites ad allodium
juxta Pomerico Electoratu referendat.



33. Schaff, August, Fräulein, die Ihnen viele
sehr edle Gedanken gewidmet sind
34. Schaff, August, Fräulein, die Ihnen viele
sehr edle Gedanken gewidmet sind
35. Schaff, August, Fräulein, die Ihnen viele
sehr edle Gedanken gewidmet sind
36. Schaff, August, Fräulein, die Ihnen viele
sehr edle Gedanken gewidmet sind
37. Schaff, August, Fräulein, die Ihnen viele
sehr edle Gedanken gewidmet sind
38. Schaff, August, Fräulein, die Ihnen viele

20 1778,6.

QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
GERADA LEGARI
POSSIT
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
PRAE SIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBVRGENS.
SOCIO
IN AVDITORIO IVRIDICO
DIE XXIV. FEBR. ANNO CLOCCCLXXXVIII.
DEFENDET
CHRISTIANVS AVGVSTVS KESSINGER
GROEDEL. MISNIC.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIL.



CITRUM
BIBLIOTHEM ANTIKIS
IN
IMPERIA MAREO
1830
APR 1833
SCHLESWIG
OCIOVATI
1833
SCHLESWIG



AN
GERADA LEGARI
POSSIT



§. I.

Actum ageremus, si multum praefaturi simus de significatu, origine et rationibus *Geradæ* illiusque successione, cum tot tantue viri de ea re satis copiose egerunt atque scripserunt.

Nec opus videtur, omnium illustria recitare nomina, qui in hac materia laborarunt, qui nihil ageremus, quam quod *Lippenum* vel alium describeremus ex qualibus fontibus plerumque autorum copia describi solet. Et quis est, qui *Gotf. Barthivm Gotf. August. Hoffmannvum Iac. Börnivm Gotfr. Lud. Menkenivm Gotf. Stravsvum Georg. Ad. Strvvvum Io Flor. Rivinvum Gottlob. Aug. Ienichen*

* 2

non

IV

non nouerit, qui vel integrā de Gerada exposuerunt doctrinā, vel certas enuclearunt quaestiones dubias. Sufficit dixisse *Geradam esse vniuersitatē rerum mobilium vsui ornatiūque muliebri seruentium.* Est quidem omnino non satis determinatum, cum gerada dicatur vniuersitas mobilium vsui ornatiūque muliebri seruentium, quippe neque omnia mobilia vsum ferentia mulieri, neque omnis ornatus inter res Geradam constituentes referri solent. Sed vix est, vt accuratior descriptio dari possit, cum prope omnis vrbs et quodvis oppidum in ea determinanda sua habeat singula-
ria, vt ex locorum statutis maxime diuersitatis quaestiones dirimendae veniant.

§. II.

Inter tot itaque innumerās circa Geradam lites vni-
cam tantum disceptandi materiam capiamus, quae primo
intuitu paradoxa videri potest, videlicet: *an Gerada legati
titulo relinqui posset.* Paradoxam diximus, quippe commu-
nis et rebus iudicatis comprobata sententia est, *Geradam
non posse testamento aut codicillis relinqui.* Si causam quaeri-
mus, cur prohibitum sit de Gerada testari, vulgo causam
allegant, quod maioribus nostris testamenta incognita fuerint.
Sed vix eam causam concludere arbitror. Si enim
ob eam non relinqui potuissent testamento causam, quod
incognita maioribus fuerint, posset et concludi, nec lici-
tum esse posse, fundos aliaque bona testamento relinquere,
cum ignorarent maiores testamenta. At experientia con-
trarium docet. Forsan verior causa quaerenda in hoc,
quod ignoraret exoticum ius successiones Germanicas illas
singulares rerum vrensilitum et expeditoriarum, vt adeo mi-
nus conuenientem illam iuris peregrini succedendi modum

per

per testamenta superstitione arbitrarentur. Posterioritas hanc semel receptam feruauit opinionem, ut de successione quidem rerum vteris filium pariter atque expeditoriarum pacisci licitum sit, sive praerextu donationis, sive venditionis, at liberalitate ultimae voluntatis derelinquere haud liceat.

§. III.

Quamuis vero in thesi verum sit, geradam testamento relinqui haud posse, tamen eruditorum acuta ingenia exceptiones excogitarunt, quas adeo rebus iudicatis decisas videmus, et in quibus speciebus legatum Geradae saluum et obligatoriorum putarunt. *Prima species*, quam exceptionis loco adducunt, est, si defunctorae testatrixis heres sit testamento scripta proxima cognata, ad quam pertineret defunctae Gerada, illam teneri praestare tunc Geradam titulo legati relietam ei, cui reliqua erat, adfirmant. Causam in eo positam dicunt, quia agnito testamento obligaretur ad adimplendam ultimam testatrixis voluntatem, quasi heredis legata res esset legata Gerada. Confirmavit hanc sententiam *Scabinatus Lipsiensis. A. 1684.* dato in eam causam responso. *Alteram speciem* quaerunt in eo, si liberi heredes ultra legitimam instituti hisque impositum, Geradam tertio cuidam legatam tradere. Posset haec defendi opinio, si videlicet heredes liberi simul in Gerada succederent vel lege, vel statuto. Quare si liberi heredes in testamento matris scripti, qui in Gerada succedendi ius non habent, e. g. si filii sine Geradae incapaces, forsitan ex statuto, sed quae Gerada potius ad cognatam proximam veniret, inutile foret legatum Geradae, quippe a liberis praestari haud posset, cum Gerada non sit in hereditate.

§. IV.

Tandem examinanda est sententia eorum, qui eosque legatum Geradae vtile putant, vt non quidem ipsa Gerada, sed illius aestimatio tanquam in legato rei alienae praefetur. At vnica me mouet causa, quare hanc opinionem non omnino veram putem. Constat enim Geradam tantum relinquere posse feminas. Ea enim Gerada quam vxor ex mariti bonis recipit, proprie bonorum separationem continet, vt videatur, mortuo marito, vxor sua separare potius a bonis mariti propria bona, quam quod in Gerada succedat marito. Dein solent nosfrates sedulo et accurate distinguerre hereditatem a Gerada. Patet ex IVR. PROVINC. SAX. L. I. Art. XXVII. Ein ieschlich Weib vererbt zweyerley: ihre Gerade auf ihre nächste Nüffel, so ihr von Weibes halben zugehörig ist: und das Erb auf den nächsten Freund, es sey Mann, oder Weib. Cum ergo Gerada plane diuersa ab hereditate, a qualegata relinquunt tantum possunt, Gerada vero speciali iure debetur, verior videtur opinio, de Gerada testamento nihil disponi posse. v. RICHTER de Success. intestat. Sect. III. Membr. I. n. CXI. Concludo, quae res ita comparata, vt de ea nulla in testamento fieri debeat dispositio, illius ne quidem aestimatio praefenda. Dein femina, quae Geradam legaret, relinqueret non alienam rem, vt illius aestimatio deberetur, sed sua erat Gerada, at de qua testamento difponere non poterat.

§. V.

At vero aliam dabimus speciem legati Geradae, quam licitam putamus, et quae deinceps etiam ab herede praefenda. Fac quem emtionis iure, vel donationis titulo acquisiuisse Geradam a femina, vel masculum quem successore in Gerada ex statuto, vt pote maritum, qui Geradae ca-

pax

pax interdum solet esse mortua coniuge. Quid si hic masculus condat testamentum, inque eo Geradam, quam vel ex mortuae vxoris bonis successionis iure acquisiuerat statuto; vel a femina emtione illa consueta, vel donatione post illius mortem tenebat, tertio vel tertiae cuidam legaret, pture utique hoc legatum valere. Causa vero in hoc quaerenda est. Simulac masculus Geradam acquisiuit, desinit esse Gerada ipsiusque masculi sunt propria bona et partem illius patrimonii constituunt. Quare, si nihil peculiare dispositum de hac bonorum specie, ea ipsa, quae fuit antea Gerada, ad heredem vel testatum vel intestatum deuoluitur. Hinc nulla est dubitatio, cum in bonis masculi existat, ad cuius hereditatem pertinet, posse eandem quoque titulo legati relinquere. Itaque certum est, non ut Geradam proprie legari, sed ut testatoris bonorum partem, quam demonstrationis ergo, quae bona subintelligenda esse velit, Geradam ex acquisitionis causa denominauerat. Cum vero iure Romano licet partem bonorum legare, ut docet PAVLVS in L. 23. π. de Leg. I. qui ait: *Si quis bonorum partem legauerit, ut hodie fit: sine fructibus restituitur, nisi mora intercesserit heredis, quale legatum videtur referri posse ad legatum partitionis, de quo VOORDA et CONRADI de legato partitionis; illaque legata Gerada bonorum partem constitutat Geradae nomine demonstratam; nulla potest esse dubitatio, vtile hoc fore legatum.*

§. VI.

Sed in ea specie, quam dedimus, masculi testatoris mentio tantum facta. Secus itaque statuendum, si femina acquisitam sibi ab alia vel amica, vel cognata Geradam legati titulo relinquere vellet. In masculo enim, qui nullam relinquere poterat Geradam, quam proprie non habebat, species supra dicta obtinet. At si femina ab alia Geradam obti-

VIII

obtinuerat, ea non sit proprium patrimonium, vel hereditas feminae, sed manent Geradica bona, quae fuerant et auctent acquirentis feminae Geradam. Et cum feminae ex Iure Prouinc. Sax. supra cit. duplicita habent bona, Geradam et hereditatem, omnino recte ultima voluntate disponet de hereditate, seu de iis bonis, quae proprio sensu hereditatem constituant, seu quae non ad Geradam referri debent, nunquam vero de Gerada, quae licet ut Gerada acquisita, tamen acquisita a femina, non desinat esse Gerada.

§. VII.

Haec vero commode et ad expeditiorias res, seu Heergewettam applicabuntur. Nunquam masculus testamento dabit Heergewettam, licet ab alio acquisitam, quippe acquirendo manet Heergewetta seu augetur, quam habet, Heergewetta. At si femina forsan ab masculo emtione vel donatione acquisuerit Heergewettam, desinit, acquisitione facta, esse Heergewetta, quippe ea a femina relinquiri nequit. Si ergo Heergewettam a Titio acquisitam et possessam Caio legaret, pariter bonorum suorum species legata censembitur.





TAZOL

V₁
18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



20
QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI

AN

GERADA LEGARI POSSIT

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESS. PVBLIC. ORDINAR. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITERAR. DVISBURGENS.

S O C I O

I N A V D I T O R I O I V R I D I C O

DIE XXIV. FEBR. ANNO CLOCCCLXXVIII.

D E F E N D E T

CHRISTIANVS AVGVSTVS KESSINGER

GROEDEL. MISNIC.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEMIL.

